

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Nicolaus Schütze

Programma Quo Rector Universitatis Rostochiensis Nicolaus Schütze/ Iur. U.D. & Profess. Ad exequias Quas ... natae Annae Schonemarkiae, Matri suae desideratissimae Liberi superstites maestissimi paratas cupiunt Omnes Reipub. literariae Cives ... invitat : [P.P. ad. d: XXIX. Martii, anno M.DC.LII.]

Rostochi[i]: Kilius, 1652

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777431610>

Druck Freier  Zugang



Schütze, N.,

in

A. Schoneck,

uxor. H. á Nessa.

Rost. 1652.

45



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn777431610/phys_0002](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777431610/phys_0002)

DFG



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn777431610/phys_0003](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777431610/phys_0003)

DFG



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn777431610/phys_0004](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777431610/phys_0004)

DFG

Durk
PROGRAMMA

Quo

RECTOR

Universitatis Rostochiensis

NICOLAUS Schütze/

Jur. U. D. & Profess.

Ad exequias

Quas

Matronæ pientissimæ, & suo sexui in
exemplum natae

ANNÆ SCHÖ-
NERMARKIÆ,

Matri suæ desideratissimæ

Liberi superstites mæstissimi

paratas cupiunt



• 6(0)6 •

ROSTOCHI,

Typis NICOLAI KILI, Acad. Typogr.

Anno 1652.

213



Uerum Deus ter optimus max. Patri credentium Abrahamo pro felicitatis cumulo pollicetur, ut dierum plenus & vita satur, in pace & senectute bona, abi- erit ad patres suos: ea prosperitas, quâ major homini in his terris vix obvenire posse, vix optari debere videtur, divinitus quoq; con- tigit ANNÆ SCHONERMARCKIÆ matronæ singularis exempli. Nulla quidem res terribilior aliâs est morte, quod finis sit & extremum, ut ait Philosophus, neque quicquam mortuo jam vel bonum vel malum esse videatur. Hinc Seneca etiam, nullum animal, in- quirit, ad vitam prodit sine metu mortis: Et Tullius: quis est, aut quotusquisq;, cui mors cum appropinquet,

Non refugiat timido sanguine, atque exalbescat metu? At verò Christiani sciunt, se per mortem ad pa- tres suos colligi & dormire cum beatis universis, qui inde ab initio mundi vixerunt. Quare cùm alias ita comparatum sit, ut secundū Philosophum, sint οἱ γέροντες Φιλόζωοι, μάλιστα δὲ τῇ πλευρᾷ ημέρᾳ, ipsi in placida se- necta, dierum saturi, & quasi defatigati hac vita ad quietem sese haud inviti componunt, nihil morantes illud Mecænatis turpissimum votum: quo & debilitatem non recusabat, & deformitatem, & novissimè acutam crucem, dummodo inter hæc mala Spiritus prorogetur.

Debilem facito manu:

Debilem pede, coxa:

Tuber

Tuber adstrue gibberūm,
Lubricos quate dentes.
Vita dum supereſt, bene eſt;
Hanc mihi, vel acutā
Si ſedeam cruce, ſustine.

Nihil curantes insuper illud Iphigeniæ apud Euripidem
~~μαίνεται, ὃς εὐχετεῖ θεῶν~~ desipit, qui vult mori. Certissi-
mà quippe Christiani fide ac spe nituntur, post hanc vi-
tam aliam longè meliorem & æternam restare, ad quam
per Conservatorem nostrum ex ipso pulvere mortis ex-
citabimur, eam accepturi ab immensa Dei veracis mi-
ſericordia, gratiā ac benignitate mercedem, ut cum ipso
Deo in æternum vivamus. Hujus euthanasias verè
Christianæ ſpecimen exhibuit A N N A S C H O N E R -
M A R C K I A , ad cuius exequias vos in uitabimus, ubi
prius vitam ejus more veteri per strinxerimus breviter.
Nam certò, nihil sanctius habet reverentia supersti-
tum, quām ut amissos venerabiliter recordetur, ut illud
Ausonianum heic usurpemus. Nata igitur Ea est anno
clo. I o. LXXVII. d. VIII, Novemb. Patrem habuit
spectatæ fidei ac virtutis virum DN. JOACHIMUM
S C H O N E R M A R K I U M, I l l u s t r i ſ ſ i m i Ducis Me-
cklenburg. ULDARICI Confiliarium & Quæſtorem
fidelissimum; matrem verò ANNAM Kassebohm̄s/ in-
culpati nomi n̄as matronam. Ille anno clo. I o. c. d. XVII.
Febr.; hæc anno clo. I o. XCIII. ipsâ Dominica Jubilate,
jam pridem è vivis ex cesserunt. In horū ſinu sanctissimè
adolevit, easque virtutes omnes, quibus poſtea eminuit
tantopere atque excelluit, imbibit gnaviter atque ad-
didicit. Pietatem cum primis & pudicitiam, quas fun-
damenta reliquarum non immitò existimabat. Ita-
nimi-

nimirum statuens, si primum timorem Dei, omnis sapientiae ac felicitatis initium, sedulò impressisset, tunc reliqua hujus vitae consecaria facile adjectum iri; & in virgine nihil magis requiri. quam studium pudoris. Cum itaq; informata jam esset, ut animum gereret imbutum cultu pietatis, corpus, ut Tertullianus loquitur, vestitum serico probitatis, byssō sanctitatis, purpurā pudicitiae, non potuit non luminis jaculum aliquod in oculos viri illius jacere, qui omnium ordinum amorem ac studia jam promereret, idque cum ob animi integritatem, & rerum divinarum humanarumq; diffusam scientiam, tunc ob rectitudinem judicij, quod praeter haustam ex optimorum auctorum lectione prudentiam, variā quoque peregrinatione ad exemplum πλυτερού Ulyssis acuerat, idque adeo, ut Rei publicae deinde admotus parem se arduo cuivis negotio magis in dies magisq; probaret. HAJONEM à NESSA indigitto, JC. Universitatis Rostoch. Professorē & illustrissimi celsissimiq; Principis ac Domini Dn. ADOLPHI FREDERICI Ducis Mecklenburg. Consiliarium quondam & Cancellarium eminentissimum, meritissimumque, cui Nostra anno clo. I. XCII. felici matrimonio juncta fuit. At quanto viro! qui quod in bono Cancellario Cornelius Nepos requirit, bonis scilicet natalibus ortum, vitae integritate, industria, eruditione, & eloquentia conspicuum esse, id omne exemplo suo, vivâ quasi imagine & tabulâ plusquam Apellea vivus vidensque olim representavit. At quantæ dignitatis viro? quæ hodie secundas in regiis tenet, quâque major in hominē togatum non facile cadere potest. Cancellarius enim (ut verē scribit quidam) est quasi oculus, auris, os, manus, atque adeo ipsa imago Principis; per hunc enim ille.

ille videt, quid in aula, quid in urbibus, quid in præfeti-
eturis geratur; per hunc supplicum preces & miserorum
querelas intelligit; per hunc civibus mentem suam in-
terpretatur, per hunc ad reges, ad respublicas, ad subdi-
tos, ad alios scribit; ex hujus moribus quis qualisque
Princeps ipse sit cognoscitur: hic est custos legum, op-
pressorum asylum, flagitiorum scopulus, æquitatis
officina & summus iustitiæ Sacerdos. Talem vero in hoc
honorum quasi solstitio fuisse quondam HAJONEM
à NESSA, confirmat testimonium quod ipsi defuncto
M. SAMUEL CRUGERUS tunc perhibuit, quod ni-
mirum fuerit, pietate fundata: integritate firmata: iustitia
probata: erga Dominum fidem incorrupta: erga subditos fraude
remota: munerum aversator: pauperum sublevator: digno-
rum promotor: familia honorator: liberorum curator: discipli-
na amator: in morbo patiens: tandemque placide ex hac vita
migrans. Cum hoc marito suo, viro summo, annos vi-
xit viginti & octo, sine jurgio, sine offensa. Quod Ulys-
ses Nausicaæ optat, ut Dij illi

Ayðþá n̄ ñ oīnov ñ ómuφeoīvñ ḥt̄ðððav

Maritum & familiam, & concordiam præbeant
additâ hac ratione:

Non enim eo quicquam præstantius & melius

Quam cum concordes consiliis, rem familiarem
administrant

Vir atque conjux.

Id sane divinitus Nostræ contigit. Neq; aliter fieri potuit. Maritus enim Conjugem tam singularis exempli
ardentissimo amore complectebatur: ipsa vero vicissim
de nulla re plus laborabat, quam ut omnem honorem
Marito exhiberet, quem sibi omnia esse existimabat; &
in quo chara illa nomina patris, matris, fratribus, soror-
rum

rum confundebat, imitata in eo Andromachen Homerica, quæ Hectorem suum eodem modo compellat:

— οὐ μοι ἐστὶ πατήρ, οὐ πόνια μῆτηρ
Ηδὲ κασίγνητος, οὐ δέ μοι θελεῖς τῷ σκοτίῳ.

tu mihi es pater, & veneranda mater
Et frater, tu etiam mihi floridus maritus.

Neque enim illa suo genio ferebatur, sed Mariti; plane persuasa, quod Aristoteles, sive quicunque appendicis illius est auctor alius (in fine c. 6. Oeconom. 1.) sapienter monuit: *virū sui ingenium & mores legem esse dirinitus sibi latam, eo tempore, quo nuptia juncta, & vita sors consociata fuit.* Eximia verò & unica mulieris laus! Nam supra omnes gemmarum thesauros, probæ uxoris possessio est. Unde Protagoras, ejusmodi nactus conjuges *βίον ελύτην* vivere pronunciavit. Nectamen ista fine hujus felicitas matrimonij stetit: sed tam arctam animorum conjunctionem fortiori communium pignoruī vinculo Deus strinxit: dum mater denis vicibus facta septem quidem virilis generis, tres deterioris sexus, sed plerosque parùm vitales peperit. De decem enim quatuor tantum superstites sunt, utpote vir nobilissimus & consultissimus DN. JOACHIMUS à NESSA Illustrissimo Duci Mecklenburgico à Consiliis; & DN. FRIDERICUS à NESSA, hodie Advocatus apud Stargardenses eximius. E filiabus superant atq; vitali adhuc aurā vescuntur SOPHIA & ANNA, quæ posterior viro spectatissimo prudentissimoq; DN. MARTINO BADINGO, Illustrissimo Duci Mecklenburg. à Secretis, in matrimonium tradita est. Liberi cæteri, ut HAJO, ANNA, ADOLPHUS FRIDERICUS, alter HAJO, & CHRISTOPHO-

PHORUS ENNO iam pridem ad vitam meliorrem præivre. Postquam Maritus excesserat, quod accedit anno clo I^oc. XX. d. XXVIII. Martij, ad secunda vota transire noluit, sed tedium viduitatis ab eo usque tempore patienter sustinuit. Quà pietate animi, & probitate, quà modestiâ & cæteris matronarum virtutibus suo sexui atque ordini exemplum fuerit, dici vix potest. Evidem omne tempus nullis pene negotiis aliis, quam precibus & divinis Lectoribus consumebat, rata hoc viduam maximè, hoc senem decere. Ante hebdomadas aliquot languorem naœta est ; qui non multum ei negotijs exhibuit, nisi quod decumbere, haberet necesse. Neque enim tam morbus, quam senectus erat, quà contabescebat. Nam ubi nihil succi amplius superest, quo alatur corpus, labi illud atque concidere necesse est : quod illi evenerat. Nec illa metuit mortem, sed ad eam præparavit se : ut semper antea, sic maximè cùm jam astare quasi in proximo & imminere coram notaret. Orare itaque ac meditari divina non destitit. Præcipue verò peccatorum impetrare veniam, & salutari viatico instruere animam in discessum laboravit. Id quod etiam non ita pridem est factum. Obiit d. XX. Martij undecimâ vespertinâ, placidissimo lenissimoque finita obitu. LXXV. annum agens, felix natalibus & genere, felix nuptiis & proletâ egregiâ ac præclarâ : felix senectute, annorum pariter virtutumque plenâ, quæ una maximè venerabilis : denique & obitu quoque, quem tranquillum & qualem quisque exoptare queat, consecuta est.

Hæc itaque tot rebus præclaris matrona nobilis, cùm postea ad H. I. efferenda sit, vestri officij cumprimitis est, **CIVES ACADEMICI**, eas exequias frequen-

frequenter vos celebrare. Id igitur ut faciatis, etiam,
atque etiam vos adhortamur. Cogitabitis unà no-
biscum illud Petrarchæ: nec valde vitam diligas, nec vita
finem oderis aut metuas. neque propinquum jam proiecta
stupcas ætati, qui nunquam pueritia, vel infans longe erat,
eris longissime fingeretur. P: P. add: XXIX. Martij,
anno clc. Ihc. LII;

*Conventus fact in adc B. Virginis
sacra.*





Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn777431610/phys_0013](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777431610/phys_0013)

DFG



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/
rosdok/ppn777431610/phys_0014](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777431610/phys_0014)

DFG



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn777431610/phys_0015](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777431610/phys_0015)

DFG




Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn777431610/phys_0016](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777431610/phys_0016)



PHORUS ENNO jam priderem præcivere. Postquam Maritus accidit anno cl^e I^c. XX. d. XXV cunda vota transire noluit, sed t^ad usque tempore patienter sustinuit. & probitate, quâ modestiâ & cæteris virtutibus suo sexui atque ordini exercevit vix potest. Evident omne tempore gotiis aliis, quam precibus & divinis sumebat, rata hoc viduam maximè, Ante hebdomadas aliquot languor non multum ei negotij exhibuit, nisi haberet necesse. Neque enim tam illius erat, quâ contabescerat. Nam plius superest, quo alatur corpus, laborare necesse est: quod illi evenerat mortem, sed ad eam præparavit se: maximè cum jam astare quasi in pectorâ notaret. Orare itaque ac mendicavit. Præcipue verò peccatorum & salutari viatico instruere anima ravit. Id quod etiam non ita prideret. Martij undecimâ vespertino finita obitu, LXXV natalibus & genere, felix nuptiis & ac præclarâ: felix senectute, an tumque plenâ, quæ una maximè que & obitu quoque. quem transquisque exoptare queat, consecuta

Hæc itaque tot rebus præcl
cūm postea ad H. I. efferenda sit,
mis est, CIVES ACADEM



melio-
, quod
j, ad se-
tis ab eo
e animi,
rum vir-
it, dici
ene ne-
us con-
decere.
est; qui
ambere,
am sene-
ucci am-
e conci-
a metuit
ntea, sic
nminere
na non-
veniam,
am labo-
n. Obiit
ssimo le-
ens, felix
egregia
er virtu-
is: deni-
qualem
a nobilis,
cum pri-
exequias
frequen-